

Catellio

J. Catellio.

152.

Neque non variis suspicari, Catellio amplissime, de nimis quam longis
isto silentio, quo me praeter morem et amorem ambiguum tenes.
Quas Martio ad te dedi, Satiram habuerunt comitem, ceteris ni-
mirum nostris assuendam. Ab eo tempore quid illud est, quod
literam a te non viderim. Obsecro nunc, et serio rogo, ut si
amplius per publicas commodas non licet, saltem certiorum
facias, equid bona fide tradita fuerunt illa, quas cum res
ponso hactenus dignatus non fueris, non diffitebor insupi-
ciantem nobis offensam incidisse, a qua certe alienissimum usque
animum habuisse me testor ~~hunc~~ omnem humanitatem
atque fidem. Vale et me ama. Rajini 8. Maij Londini 1622.

C. Hugenius.

J. Catellio.

153.

Catellio.

Quid si autem Antverpiensis ille sculptor non desinat morarum
unquam, quid censes de Tempore nostri ac Satyra statuendum,
Amplissime Catellio? nempe ut lucem nisi exoleta non videant,
absit sane, et nisi quid secus te moveat, vel unius Matris
gratia (quae partus hosce cum muliebri tum materno affectu
id est his avido expectat) unum aut alterum exemplum
Hagam dimittatur. Vides anni tempestatem, et quam illa
praeter ceteras hiis ludibus apta; itaque si commodum est
quaso ac saltem domus nostra longiori mora detineatur.
Solet expectatio mirificas opiniones de rebus diu negatis
inserere. Idem ne hic accidat, tua, si placet, cura erit, qui
potissimum nostri quam illud damno et ac pudori nostro col-
lurum sit. Vale vir Clarissimo, et statim ubi in Hollandiam
redierimus (quod intra mensem non ausim polliceri) catonem
nostram fac Typographi expectent, quandoquidem ita eorum
habitu videntur, benigni rerum nostrarum aestimatores.
Londini. 28. Julii 1622.

C. Hugenius.

Al. Resid. S. S. S. S.

M. S. S. S. S. S. S. S.

154.

Ho ricevuto con quel rispetto che si deve a' favore di V. S. M.
la lettera che le ha piaciuto mandarmi per occasione del
S. Angelo Trino, tanto rallegrandomi d'una banda della confidenza
ch'ella

ch'ella

ch'ella è stata scritta di porre nella sincerità della mia affet-
tione per il bene di suo servizio, quanto da l'altra mi rincorre
di non haver sin adesso goduto il favore dal detto S^{to} Angelo
d'alcun suo commandamento, da dimostrarli i vivi effette
della mia obediensa verze. V.S. Ill^{ma}. Sino a quell'hora
dunque che me ne sia data l'occasione, qual mai non averra
senza mio grandissimo gusto, contentarommi di rinouare
con parole, coste se mai non finto la sicurezza de quel
affetto, che seruo nel core di restar a diempre mai.

Di V.S. Ill^{ma}.

Humil^{mo} et aff^{mo} serv^o

C^o Hugenio.

(55)

Ben: Janssonio.

Ambio amicitiam tuam, celeberrime Janssoni, et necessi-
tudinem, ea res fecit, cur non nescires te ineptias meas
tuâ interesse putaverim. neque enim quantis quantillus
sine latere ~~quâquam potest~~ non unquam amicos æquum
credidi, quorum ut parca de nobis opinione non offendimus.
sic amplâ præter meritum non afficiuntur, ubi fastidire
quantum hic mei est coeperis, et naris, quam sit mihi curta
supellex, autori, rogo, remittendam cures, qui te valere jubet
et se amare. 18^o Octobris 1622.

C^o Hugenio

(56)

D: Heinsio.

Si saltem in confertissima negotiarum turba silentium à
Musis meis impetrare valerem, careres quidem et nunc
tu hujusmodi molestijs, quas etiam decano toto sejuncta
allatum tibi sunt. At enim quâ curru, quâ equo, quâ na-
vigio vehimus inveniunt illa perpetuam occasionem ob-
repenti cogitationibus magis multo seriis, atque adeo longè
ab eo studiorum genere remotis, quod otia et scribentis
secessum quærere, vulgus non ignorat. Sic Elogium istam
calamo meo expressendam neanî propria pene dixerim
invitâ atque renitente. Nunc ubi censura populari, et
quam illa comitem habere solet, calumnia in mentem
venit, nominis tui tutelam submissè emendicatum
volunt. Hic mea res agitur, Heiasi Clarissime, ut qui
publici ista juris propediem facta iri non ~~tamen~~ ^{sim} nescius.
simul ac nimirum in illorum amicorum manus incidere
sint, quibus tam præclare de me merique opinari libitum
est, ut et opera Typographorum vulgari nuper ineptias
meas